¶ LVCII FENESTELLAE DE ROMANORVM MAGISTRALIBVS LIBER INCIPIT.

De 1 ...

Mnium deorum quos uetus Romanorū religio excoluit prima pani liceo: ſeu faunum illum: ſeu potius ſiluanum uocari placet per lupercos rem diuinā lupercaleſq; ludos feciſſe apud uetuſtatis aſſertores conſtat: ea quidem ſacrorum genera ab Euandro rege: qui ex arcadia profugus in eum locum uenerat: qui tandē romanæ præfuit arci ad noſtros primum delata: ac celebrata fuiſſe feruntur. hunc pana nudos paſtores: quorum tūc pcipuum numen fuit: ac deinde quos ſummos etiam uiros uenerari mos fuit: loraq; pro manibus ferre: quibus quoſq; cederent: laruiſq; tectas facies portare. Cur autem nudi hunc deum colerēt: pleraq; e curriculo uetuſtatis ad nos uſq; delapſa referūtur: ſiue. n. q ipſi deo alios fingitur ſuæ celeritati eo pacto lōge aptior nudos etiam habere miniſtros placeat: ſiue q arcades omnium populorum: qui græciam coluerunt longe uetuſtiſſimi feris adhuc ſimilem uitam ſiluis ac montibus agētes legis exptes artiſq;: primo hunc deum uenerari patrium cultum auitoſq; nudos habitus ſignantes referre uoluerunt: haud ſatis conſtat: Nōnulli uero Iolem uxorem Herculis ab hoc fauno uiſam: ac per ardorem libidinis concupitā aſſerunt forte. enim per ſiluas & amœna nemorum æſtus leuandi cā una cum dilectiſſima cōiuge Hercules uacabat: uidet ergo elegantiſſima forma mulierem ab altæ rupis ſpecula ſenex deus: ergo illorum ueſtigia eminus licet obſeruare inſtituit illi aūt per ſiluas ducendæ nocti aptiſſimum petunt: interea mulier dum quieſcendi tpſ aduenit: pellem leonis Herculis ritu de more aptat humeris: claua etiā illius manu aſſumpta tali habitu præditam ſomnus aggreditur: erant aūt duo parati coniugibus lecti: eo q poſtridie libero patri rē diuinam facturi erant ſeorſum cubituris. noctu ergo Siluanus fallēdi cuſtodis occaſionem nactus clam thalamum ingreditur: primoq; cōgreſſu fortunatus futurus puellæ torum tenet: manuq; tentans ut noctu fit: horridum leonis tegmē inuenit: ratus ergo cubare

a

Comienzo del n.º VI, con errata en el título.

Biblioteca Digital de Albacete «Tomás Navarro Tomás»